e-codices

Memor fui nocte no
minis tui domine. Hec
facta est mihi: quia iustifica
tiones tuas exquisivi.
Portio mea domi-
ne: dixi cu
stodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem
tuam in toto corde meo
miserere mei secundum elo
quium tuum. Cogita
vi vias meas et conver
ti pedes meos: in testimo
nia tua. Paratus sum
et non sum turbatus: ut
custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circum
plexi sunt me: et legem
tuam non sum oblitus.
Media nocte surge
bam ad confitendum
tibi: super iudicia iu
stificationis tue. Par

ticeps ego sum omnium
timentium te: et custodien
tium mandata tua. Mi
sericordia tua domine
plena est terra: iustificationes
tuas doce me. ps. dd.
Bonitatem feci
sti cum servo tuo
domine: secundum verbum
tuum. Bonitatem et
disciplinam et scientiam
doce me: quia mandatis
tuis credidi. Priusquam
humiliarer ego deliqui:
propterea eloquium tuum
custodivi. Bonus es
tu: et in bonitate tua
doce me iustificationes
tuas. Multiplicata est
super me iniquitas super
borum: ego autem in
toto corde scrutabor
mandata tua. Coa

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 105v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/105v)